

longe graviora sunt pericula honoris, virtutis, totius ordinis moralis, immo et fortunarum. Multi enim notant ex hypnotismi usu ipsam indolem hominis facile mutari, et hypnotizatum non raro e gravi et prudenti fieri leviores. Sepe etiam magno amoris et grati animi erga hypnotizantem ardescit affectu; in statu autem hypnotico penitus devotus magnetizantis arbitrio et imperio constituitur quasi merum ejusdem automatatum, ut quidquid eidem libeat, sibi fieri patiat, vel ipsemet exsequatur, unde innumeris aperiri potest criminibus janua. Quare passim notant scriptores pericula hypnotismi, nec semel academiæ ac publici magistratus interdixerunt publicum usum vel spectacula hypnotica (1). Sane amores insanissimi, odia, homicidia, furta, quævis crimina suggeri atque imponi queunt in posterum exsequenda; possunt extorqueri ex hypnotizato quævis secreta, vel ad ipsummet vel ad quemlibet alium pertinentia; potest quis suggestione adigi ad alium ficti criminis accusandum, vel crimen falsum adversus innocentem coram iudicibus testificandum, aut verum negandum, prout non semel instituta ab hypnotistis experimenta demonstrant; potest hypnotizatus facillime induci, ut certam pecuniæ vim, aut etiam omnia bona sua alteri tradat, etc., etc. (2).

An status  
hypnoticus sit  
morbus.

4.<sup>o</sup> In statu hypnotico agnoscunt omnes magnam nervei systematis excitationem; utrum autem hypnotismus sit morbus vel affectio quædam morbida, non omnino convenit apud scriptores. Quidam celebres hypnotistæ, ut v. g. Bernheim et illi, qui non distingui putant normalem somnum ab hypnotico, negant etiam hunc morbidum esse (3). Alii

d'un rayon de soleil, qui fait miroiter un grain de sable, un coup de gong ou de tam-tam, suffisent pour endormir ces malheureux sujets, atteints d'une sorte de diathèse spasmodique et complètement déséquilibrés» Méric, *ibid.* pag. 416.

(1) Fusc de his clarissimus Eduardus Aragon Obejero, *op. cit.* quinta parte, parag. 7, 8, 9.

(2) Vide cl. Aragon y Obejero (*El hipnotismo*, 5.<sup>a</sup> part., parag. 7, 8), cl. Castelein (*op. et loc. cit.* pag. 691-693), Méric (*op. cit.*, liv. 3.<sup>o</sup>, chap. 3), etc.

(3) Vide R. P. Coconnier, *Revue Thomiste* (loc. nup. cit). Cfr. Franco (*op. cit.* paragr. 18, pag. 105).

vero communissime affirmant cum Charcot, Dumont-pallier, Magnin, Paulus Richer, Heidenhain, Hoffman, Morselli, Mosso, Vizioli, Gonzales, romano *consilio supremo sanitatis* (1), Eduardo Aragon Obejero (2) aliisque, quorum ea est communis vox, hypnotismum esse *neurosim*. Cæterum hic morbus differt a reliquis in causis, in symptomatis, in prognosi et in curatione, quemadmodum fusc declarat Reverendus P. Joannes Josephus Franco (3). Verum jam agendum est de causis hypnoticorum phænomenorum.

## ARTICULUS II.

### An sint naturalia omnia hypnotismi phænomena.

306 Effectus, quos in rerum natura cernimus, duplicis generis esse possunt: alii dicuntur naturales, alii præternaturales. Priores sunt, qui ordinem virium legumque naturæ sequuntur, posteriores vero sunt illi, qui ordinem hujusmodi transcendunt: id quod adhuc bifariam fieri potest, nempe vel secundum substantiam, vel secundum modum. Sunt præternaturales quoad substantiam effectus, qui, spectata sua specifica entitate, tales sunt, qui produci nequeant a causis physicis propriis; sunt autem præternaturales duntaxat quoad modum illi, qui quamvis habeant in natura causas physicas proprias, a quibus produci possint, vel etiam soleant, tamen hic et nunc non ab his producuntur, sed ab aliis, vel certe non eo modo, quo ab eisdem natæ sunt produci. Quæstio ergo proposita hæc est, utrum phænomena hypnotismi descripta in præcedenti articulo sint naturalia, an vero præternaturalia utroviro modo: quæ controversia solvi nequit, nisi prius innotescant veræ causæ aut vires, ex quibus talia phænomena proficiuntur.

Quidam  
sint effectus  
naturalis  
et super-  
naturalis ca.

(1) Apud R. P. Franco, parag. 18.

(2) *Op. cit.* pag. 238 seqq., ubi rem fusius probatam vide, si lubet.

(3) Vide *op. cit.* parag. 19-25.

## § I.—QUENAM SINT CAUSÆ HYPNOTICORUM PHENOMENORUM.

Status  
questionis.

307. Nota vero in antecessum, quid nobis propositum sit in hac controversia: investigamus, utrum assignari queant causæ aliquæ, unde naturaliter explicari phænomena hypnotica possint: non vero quærimus, utrum hæc phænomena semper et ab omnibus hypnotistis per proprias ac naturales causas obtineantur. Cum enim variæ sint hypnotistarum sectæ, nominatim Parisiensis et Nancyensis, varique processus, nec omnes ab omnibus observentur effectus, aggredi non possumus peculiarem singularum rerum istarum inquisitionem.

Variæ  
opiniones

Ad generalem ergo hypnotismi tractationem sufficere nobis debet, ut generatim investigemus, an et quenam, assignari possint præcipuorum effectuum hypnoticorum causæ. Qua de re variæ sunt excogitatæ sententiæ seu hypotheses, aliæ *objectivæ*, aliæ *subjectivæ*, ut eas nominat Braid (1). Hypotheses *objectivæ* reponunt causam phænomenorum generatim in aliqua realitate ex hypnotizatore procedente atque in hypnotizatum influente; *subjectivæ* autem contendunt causam ejusmodi sitam esse in ipso subjecto hypnotizato. Huic tamen divisioni nos non insistemus, sed malumus præcipuas, que afferri solent, causas ad duo capita revocare, ad physicas videlicet atque intentionales: primæ operantur physice, intentionales per cognitionem, nempe excitando in hypnotizato actus intentionales cognitionis, unde phænomena consequuntur. Hypotheses causarum physicarum rem generatim expli- cant per fluida, que primo loco breviter exponenda veniunt.

A) HYPOTHESES PHYSICÆ PLURES EXCOGITATÆ SUNT (2), quarum præcipuas duntaxat attingamus.

(1) Præcipuas refert in suo libro *Neurypnologie*, pag. 227.

(2) «Mesmer cent'anni fa inventò il fluido universale cosmico, taumaturgo, travasato dal magnetizzante nel magnetizzato; e lo seguirono i discepoli per mezzo secolo. Solo che questi variarono la natura del fluido. Y dottori Maupied, Cauper, Charpignon lo dissero fluido magnetico, di eguale natura che il magnetismo minerale conosciuto da tutti i fisici. Un mondo di scienziati propugnarono invece il fluido nervoso, il fluido vitale, il fluido zoomagnetico, il fluido elettrodinamico, tutti fluidi ipotetici, anzi immaginari, e rinnegati

α) Primo enim Mesmer innoxit fluidum universale, magnetismum, distinctum a virtute magnetis mineralis, quod propterea dixit magnetismum animale; Puysegur vero finxit fluidum electricum vel electro-magneticum. Verum neque hi, neque alii, qui doctrinam eorum amplexati sunt, satis definierunt hujusmodi fluidum, nec illius demonstrarunt existentiam, quod proinde non meretur specialem refutationem. Cum potissimum neque electricitas neque ullum aliud simile fluidum materiale proportionem habere quant cum tot phænomenis diversis hypnotismi.

Fluidum  
magneticum  
Mesmeri  
et electricum  
Puyseguris  
rejectionem.

β) FLUIDUM VITALE VEL ZOOMAGNETICUM INVEXERE MULTI TAM- Fluidum vitale  
quam medium ab objecta percipienda, animumque nostrum cum corporeo mundo conjungendum. Fluidum enim istud existimandum esse dicunt instar vis radiantis, cujus centrum est in cerebro, quodque per nervos et organa sensitiva tamquam per canales immittitur, imperante voluntate, in objecta externa, reddendo illa visibilia, audibilia et generatim sensibilia. Jam in statu normali fluidum istud dispergitur per omnes sensus versus innumera corpora, ut illa sentiantur; verum in somno hypnotico totum in cerebro collectum est, ideoque magnum attingit intensitatis gradum, et omnino est

non meno dalla fisica che dalla fisiologia, Altri lo vollero fluido eterico o etere, altri calore animale comunicato, altri forza nervosa trasmissibile. Più strani di tutti certi tedeschi inventarono il fluido odico e lo spiridico; el Göres (tedeschissimo in questo) immaginò il riverbero delle idee e delle volizioni dal magnetizzante al magnetizzato. Un inglese, il Gregory, ricorse alla dualità del cervello, insegnando che una metà dell'encefalo, disusata nello stato normale, entra poi in esercizio durante el sonno magnetico. E questa ubbia nebulosa non è senza seguaci neppure oggidì, come ci dimostra l'opera del Bérillon (Dott. Edga Bérillon, *Hypnotisme experimental. La dualité cérébrale et l'indépendance fonctionnelle des deux hémiphères cérébraux*. Parigi, 1884). Ci furono i prudenti, che non sapendo che si, dire, n'uscirono con attribuire i fenomeni magnetici a facoltà ignote in genere. Non mancarono neppure i pietisti, che ascrivevano gli effetti magnetici agli angeli di Dio; o a privilegio propagatosi in alcuni uomini fin dal tempo di Adamo; o a facoltà latenti nella natura. Vegga, chi vuole molte di queste ipotesi, esposte a giudicate nella *Civiltà Cattolica*, negli anni 1864 e segg. sotto il titolo: *Lo spiritismo nel mondo moderno*.» R. P. Franco, op. cit. paragr. 10, pag. 108, 109.

capax ad lucidiores cognitiones, immo et ad objecta distantia, vel etiam interposito obstaculo separata, percipienda, internas animi cogitationes aliorum intuendas, futura praevidenda. Existimant etiam hujus hypothesis assertores, fluidum hypnotizatoris cum fluido hypnotizati combinari posse: unde rationem reddunt influxus ab illo in hunc exerciti (1).

exploditur.

**Verum fluidum vitale ineptum est ad phaenomena explicanda.** Est enim contra experientiam communemque omnium sensum, et renovat desertam penitus sententiam illorum veterum, qui visionem perfici putabant non per impressionem ex ipsis objectis in organa procedentem, nempe speciem sensibilem, sed contra per emissionem luminis ex oculo agredientis, ut objecta illuminet. Deinde incredibile est, inesse nobis hujusmodi fluidum, quod nemo unquam expertus est, nemo scit describere. Si enim tam mira vis est in nobis, eaque voluntati subjicitur, ab eaque dirigitur in somno hypnotico ad portentosa illa phaenomena edenda, cur non idem possimus vigiles efficere? Cur non poterit voluntas fluidum ad corporeas substantias vel animam nostram, etc., cognoscendam totum colligere? Cur totum saepe impenditur in falsissimis figmentis imaginum, ut accidit in hallucinationibus et somnambulismo? Nonne ista est iniqua perversio naturae, ut nequeat homo virtute sua uti ad perfectiorem veritatis cognitionem, cum abuti facile queat ad ludibria mentisque conflanda figmenta? Sed haec nimis sunt absurda, ut mereantur fusiorem refutationem. Denique gratis fingitur fluidum tam portentosum, corporeum, quod ad tantam distantiam projiciatur, nec obstaculis impediatur, ut sensibilia reddat objecta valde dissita, immo et immaterialibus rebus tribuat cognoscibilitatem (2).

Dices cum Doctore Garcin: Nos certissime commercium habemus cum mundo corporeo, sentiendo et cognoscendo illud, et motum aliis rebus imprimendo. Ergo debet aliquid esse, quo mediante hujusmodi commercium habeamus; et istud praecise est, quod vocatur fluidum vitale (3).

(1) Vide Cl. P. Castelein (pag. 648), Méric (liv. 2, chap. 3, pag. 293).

(2) Vide Méric, pag. 299 seqq.

(3) *Le magnetisme*, pag. 1-10.

**Respondeo.** Isto argumento, si quid valeret, aequè probaretur omnem nostram cognitionem et motum etiam in statu normali, ope alicujus peculiaris fluidi peragi: quod certe falsum est. Si enim quaeras medium cognitionis per modum instrumenti, quo ea eliciatur, sensatio perficitur non ope fluidi, sed per organum, ut in praecedenti volumine demonstratum est; cognitio vero intellectualis nec organo nec fluido indiget sub hac respectu. Si autem requiras id, quo mediante, objecta sensibilia reddantur, etiam ostensum est, ea sensibilia fieri per speciem vel actionem realem ab illis organo impressam, quae potentiam ad operationem propriam determinat. Fluidum ali-quod, nempe nervus influxus, requiritur quidem ad sensationem, sed tantum ut organa peripherica recipiant a cerebro convenientem dispositionem. Ergo frustra Garcin fingit nova fluida ad commercium hominis cum externo mundo explicandum. Motus vero localis minus adhuc eget hujusmodi fluidis, nam imprimatur aliis rebus per musculos et membra corporis proprii. Quod si ad phaenomena cognitionis et motus in statu normali ineptum est fluidum vitale, magis adhuc est ad eadem phaenomena in somno hypnotico edenda, quia non intelligitur, quo pacto fluidum concurrere valeat ad tantopere modificandam activitatem potentiarum naturalium in illo statu.

7) **Fluidum nerveum** asserunt alii esse posse causam hypnoticorum phaenomenorum, illudque comparant flumini electrico, cujus tanta est celeritas, effectus tam varii. Ita ergo fluidum nerveum poterit, inquit, portenta hypnotici somni gignere.—**Verum ut nerveo fluido** tribui jure possint tanta phaenomena, oporteret prius nosse, quid vel quale sit istiusmodi fluidum, quod nemo adhuc inter Physiologos potuit explicare. Convenit quidem apud Physiologos existentia influxus nervei, qui videtur significari per *spiritus animales* antiquorum Philosophorum: satis communiter etiam putant nunc eruditi viri, illum ab electrico flumine distingui, sed quid illud sit, latet omnes, ideoque donec natura ejus cognoscatur, nequeunt illi temere attribui obscurissima phaenomena, quorum investigatur causa (1). Deinde nerveum fluidum videtur semper inesse corporeis organis tanquam

Fluidum  
nerveum,  
ab aliis  
asserunt  
ut causa  
phaenomenorum  
hypnoticorum,  
responitur.

(1) Vide *Psycholog.* vol. 2<sup>um</sup>, num. 182, pag. 650, 651.

aliquid influens in varium eorum statum ac dispositionem; quare etiamsi admittatur, fluidum nerveum conferre ad hypnotica phænomena, restabit declarandum, quid sit præcise modus ille peculiaris fluidi nervei, quo posito, istiusmodi phænomena consequuntur; quoque pacto ille obtineatur, et varias hominis afficiat facultates, ut tam mire operentur. Denique nerveum fluidum, cum sit corporeum, nequit esse causa immaterialium saltem phænomenorum. Similibus argumentis rejicitur

Odycum  
fluidum

δ) **Fluidum odycum inventum** a Reichenbach a a Rochas magis explicatum (1). Hujusmodi fluidum etiam photographis imaginibus expressum fuit, et dicitur esse ipsa sensatio *exteriorizata*, quam magnetizatus vel hypnotizatus homo percipit, cum elicitur ab hypnotizante; ex hujus enim cerebro, cum sentit, et cogitat, emittitur in cerebrum illius istud fluidum, quod est *expressio* et *exteriorizatio* actuum hypnotizantis, qui proinde hoc pacto, etiam absque ulla directa et verbali suggestione, poterit suas hypnotizato cogitationes communicare, efficiendo, ut hic cogitet quidquid et quomodo illi libuerit.—Sed rejicitur iterum istud commentum, non solum quia contra experientiam et sensum communem omnium est; sed præterea quia, quidquid sit, utrum in homine detur speciale aliquod fluidum, undenam, quæso, probatur illud esse præcise cogitationum ac sensationum quasi formam vel expressionem seu *exteriorizationem* aut etiam medium, per quod cogitationes unius hominis alteri communicantur, et innotescunt? Cogitationes et volitiones, utpote spirituales, non possent ulla forma externa et corporea in seipsis exprimi. Ipsæ sensationes, quamvis sint actus organici ac dependentes intrinsece a materia, nullam habent exteriorizationem, quia, quamvis comitem habere queant motum materiæ, vel calorem et actiones chemicas affectionesve materiæ, communes substantiæ corporeæ inanimatæ, nihil tamen horum sunt, sed actus distincti procedentes a virtute

essuffatur

(1) Vide *Cosmos*, num. 671, die 4 decembris 1897, pag. 724; et num. diei 15 et 22 decembris 1894. Cfr. cl. P. Joann. Mir, *El milagro*, lib. 3, cap. 11, art. 2, pag. 1180, col. 2.<sup>a</sup>

animæ (1). Ergo sive emittatur, sive non emittatur a cerebro in actu sensationis fluidum aliquod odycum hactenus cognitum et nondum satis demonstratum, certissime putandum est, illud nec esse actum sensationis nec ullam formam vel *exteriorizationem* illius. Deinde si fluidum istud est *exteriorizatio* sensibilitatis, cur non potest omnis homo etiam vigilans alterius hominis sensa quævis in eo legere? Eodem modo refutatur a Görres excogitatum

ε) **Systema reverberationum idearum ac volitionum**, quæ ab hypnotizante ad hypnotizatum transmittuntur, et communicantur. Idæe enim ac volitiones, cum sint actus immateriales et immanentes, nullam physicam reverberationem exercent, qua determinant ad sui cognitionem. Idæe sane atque imperia unius hominis exercent potentissimum influxum, non autem per reverberationem physicamve efficientiam, sed intentionaliter tantum, quatenus videlicet verbis vel aliis signis externis expressæ innotescunt. Quod si non idearum, sed sensationum reverberationem inducas, ea iisdem, quibus odycum fluidum, argumentis redargueris.

Reverberatio  
idearum  
et volitionum  
commentitia  
pariter est;

ζ) **Hypothesis undulationum cerebralium** a scriptoribus Gromier, Bellanger (1) et Macario propugnata, huc paucis revocatur. In omni sensatione, cogitatione, volitione, præter actum ipsum physicum invisibilem adest actus physicus, organi commotio vibratioque peculiaris cerebralium fibrarum respondens physico vel mentali actui, quæ proinde, si reproduci posset in alterius cerebro, ibi existeret actus mentalis omnino similis prioris. Jam vero commotiones ac vibrationes organice comitantes actum sensationis, cogitationis, ac volitionis unius hominis gignere debent in ære circumstante undulationes alias ejusdem speciei, quæ poterunt usque ad alterius cerebrum pervadere, ac consequenter similes in illo determinare mentales actus. Hoc ergo pacto actus sensationis, cogitationis, volitionis in animo hypnotizatoris latentes

sicut etiam  
hypothesis  
undulationum  
cerebralium.

(1) Vide *Psycholog.* vol. 1.<sup>um</sup>, num. 192, pag. 810 seqq. Cfr. vol. 2.<sup>um</sup>, num. 10, pag. 36, *Ad probat.* 2; et supra num. 93 pag. 260, 261. hujus volum. *argumentum* 3.<sup>um</sup>

(2) *Histoire critique, analytique, philosophique et médicale du Magnétisme animal*, par le Dr. Belanger.

communicabuntur hypnotizato, inque illius animo reproducentur. Et sic explicata manebunt cuncta mysteria hypnotisini.—Hæc quoque hypothesis omni caret probabilitate. Primo, quia falso supponit omnibus et singulis cognitionibus vel actibus physicis respondere totidem diversos modos vibrationis cerebri, ita ut non possint eidem vibrationis modo respondere diversi actus. Undenam enim probabis mihi v. g. duo individua simillima intra eandem speciem, cum imaginationes repræsentantur, diversi generis excitare vibrationes in cerebro? Undenam probabis, triangulos diversos vel secundum solam quantitatem, vel etiam secundum angulorum mensuram diversas exposcere vibrationes? Immo vero quis potuit hactenus probare perceptionibus objectorum specificè diversorum necessario respondere diversæ rationis vibrationes? Præterea falso supponit eadem hypothesis, vibrationes cerebrales comitantes actus físicos ita postea propagari posse per ærem, ut ad cerebrum aliorum hominum apellentes valeant similes in illis gignere sensationes, cogitationes, volitiones: id enim aperte pugnat cum perpetua constantique omnium experientia. Sane si in hypnotizatis accideret communicatio huiusmodi transmissioque vibrationum, eodem modo deberet accidere in omnibus, nam vibrationes cerebri non comitantur actus físicos propter peculiarem statum hypnoticum subjecti, sed propterea quod cerebrum est organum phantasie. Denique certum est cognitionibus volitionibusque mentis, proprie loquendo, nullas respondere in cerebro vibrationes, quia immateriales sunt.

Excluduntur  
aliam similes  
hypotheses  
opinio Chevreul  
et Richet;

Non multum differt hypothesis domini Chevreul, quam postea perfecit Richet ac nonnulli adhibent ad hypnotica et spiritistica phenomena explicanda. Nimirum omnis mentalis imago, cogitatio motusque animi, inquit, inducit mutationem in pressione sanguinis, in cordis et respirationis motu, in tensione musculorum, in secretionem glandularum et in circulatione peripherica organorum. Ergo concludendum est, omnem cogitationem externis signis cognoscibilem esse. In hoc principio innixi sunt illi, qui ex pulsu hominis blandiebantur se cognoscere posse, de qua quisque re cogitaret (1).

(1) «M. Stuard Cumberland annonçait qu'il pouvait deviner la pensée des individus, en leur tenant simplement la main. Il disait

Verum respondeo 1.<sup>o</sup>, etiamsi absolute cognoscibilis foret hoc modo cogitatio, certum est, ipsique adversarii fatentur, de facto non posse satis cognosci per ista externa indicia motus et animi sensa. 2.<sup>o</sup> Nego eadem prorsus indicia non posse diversis animi sensis respondere, quia certum est, innumera objecta specificè diversa in sua physica entitate posse similes excitare passiones ac motus animi, et consequenter easdem manifestationes in apparatu circulatorio. 3.<sup>o</sup> Denique isti motus corporei externi supponunt motum et affectionem animi solito vehementiorem. Atqui sæpissime cogitationes, illæ, nempe quæ sunt de rebus scientificis et abstractis, nullam gignunt in animo vehementiorem affectionem, Ergo inepta quoque est ad finem, ob quem inducitur, hæc hypothesis.

Ex iisdem principiis refutantur *fluidi ætherei* et reliquorum fluidorum hypotheses; quæ omnes generatim indignæ sunt sæculo undevigesimo, quod proficitur nihil esse admittendum in scientiis, quod experientiam inductionemque vadem non habeat; quamquam video eam esse plurimorum scriptorum rationem agendi, ut principium istud absurde proclamant, et applicent, cum adhibendum non est, negligant atque obliviscantur, cum severissime applicandum esset. Videlicet applicant principium illud in veritatibus, quæ nequeunt experientia cognosci, quamvis aliis argumentis invictè demonstrantur; negligunt sæpissime, cum agitur de assertis, quorum veritas vel innotescere non potest nisi mediâ experientia, vel certe non potest stare, quamdiu adversa est experientia, prout evenit in omnibus hisce hypothesisibus.

et hypothesis  
fluidi ætherei,

7) Nihil etiam explicat hypothesis duplicis cerebri ad anglo Gregory proposita, quæ aliis quoque arrisit. Nimirum

Hypothesis  
duplicis  
cerebri

au sujet dont il prenait la main, en présence de vingt ou trente témoins: Je devinai la personne à qui vous pensez, l'objet auquel vous pensez. Il devinait, en effet, parce que la personne qui pense fortement à une personne ou à un objet, ne peut s'empêcher, quand elle approche de l'objet de sa pensée, de faire de petits mouvements fibrillaires qui dirigent sûrement l'expérimentateur attentif et déjà entraîné par des séances antérieures». Méric, op. cit., liv. 2, chap. 4, pag. 340.

vult iste scriptor, dimidiam duntaxat partem cerebri ad operationes mentales in statu normali peragendas concurrere, alteram vero partem in statu hypnotici somnii, eamque esse mirabilem illorum phænomenorum causam.

enervatur.

Ut vero ista hypothesis probabilitatem aliquam haberet, ante omnia probandum esset fundamentum ipsum, cui nititur, nempe unam solam cerebri partem operari in statu normali. Deinde adhuc, hoc permisso principio, stat integra difficultas. Cur enim altera dimidia pars cerebri, quæ similima est priori, diversimode operatur? qua vi occulta prædita est, ut tam mirabilia edat phænomena? Itaque omnes istæ hypotheses ad regionem inanum commentorum amandandæ sunt, sicut illa, quæ ad vires nescio quas naturæ occultas et nondum exploratas confugit, et aliæ quædam, in quibus expendendis operæ pretium non est immorari. Omitto etiam nunc hypothesis mediorum quorundam intelligentium, quæ invisibiles cause forent hypnoticorum phænomenorum. Certum enim est phænomena ista a spiritibus produci posse, non quidem ab animabus separatis mortuorum, quemadmodum blaterant spiritistæ, sed a diabolis, et multa profecto iis debentur, ut inferius probabitur; sed ut appareat, utrum omnia generatim phænomena malignorum spirituum opera producantur, alterius jam generis hypotheses expendendæ sunt.

B) HYPOTHESES CAUSARUM INTENTIONALIUM binæ proponi possunt: prima, quæ per novum aliquem sensum vel potentiam ipsius hypnotizati, altera, quæ per notas ejusdem potentias suggestionis hypnotizatoris directas phænomena omnia ducit esse explicanda.

Hypothesis  
sexti cujusdam  
sensus

exploditur.

Prima istarum hypothesis jam insinuata fuerat a Mesmer, cum sextum sensum inexit ad rationem reddendam phænomenorum: eandem nostris diebus tenet inter alios Figuiet, quam etiam auctoritate Lucretii Cari (præclarum sane patronum!) honestare nititur (1). At Lucretius hic non novam

(1) Apud cl. Méric, liv. 2., chap. 3., pag. 313. En integrum periculum lucretianam, ut melius pateat ejus sensus.

«Et quicumque dies multos ex ordine ludis  
»Adsiduas dederunt operas, plerumque videmus,

facultatem inducit, sed tantum phantasiam, haustas olim ab externis sensibus imagines repetentem, indigitat. Verum quæcumque tandem esset Lucretii mens, ratio penitus rejicit istam hypothesis, primo quia ignotam per tet sæcula cunctis viris doctis potentiam animæ asserit. Deinde, quia cum potentia specificentur per suos actus et objecta formalia, nulla est admittenda nova potentia, cujus nequeat assignari novum diversum formale objectum novique actus. Atqui omnia phænomena, quæ hactenus deprehendi potuerunt in hypnotismo, habent idem objectum formale potentiarum jam notarum, nullique actus dantur, qui non sint vel ordinis vegetativi, vel locomotivi, vel sensitivi, vel intellectivi, vel volitivi, nec modi horum actuum præ se ferunt quidpiam intrinsece atque essentialiter diversum, sed tantum secundum magis vel minus intra eundem ordinem. Ergo nullam novam potentiam necesse est agnoscere ad phænomena hypnotica declaranda, sed tota questio est de *virtute ac modo*, quo potentia hominis hactenus notæ, possint in anormali statu hypnotismi prædicta edere phænomena. Itaque examinanda venit sententia eorum, qui causam istorum phænomenorum in hypnotizatoris suggestione, potentias potissimum phantasiam hypnotizati dirigente, positam esse arbitrantur: ea vero proprium exposcit paragraphum.

#### § II. AN HYPNOTISMI PHÆNOMENA SUGGESTIONI TRIBUENDA SINT.

308 Antequam sententiam hanc, quam graves scriptores etiam catholici propugnant describam, atque expendam, unum probe notatum velim, quod jam superius monui, mihi certum et indubitabile esse, quidquid alii contra senserint,

Hypothesis  
suggestionis  
perpenditur.

»Quom jam destiterint ea sensibus usurpare,  
»Reliquas tamen esse vias in mente patentis,  
»Qua possint eadem rerum simulacra venire.  
»Per multos itaque illa dies eadem observantur  
»Ante oculos, etiam vigilantes ut videantur  
»Cernere salutantis, et mollia membra moventis,  
»Et citharæ liquidum carmen chordasque loquentis  
»Auribus accipere, et consensum cernere eundem,  
»Scenaique simul varios splendere decores».

Titi Lucretii Cari, *De natura rerum*, lib. 4. vers. 970-981.

Hypnotizatus  
potest uti  
intellectu  
et voluntate.

quod hypnotizatus in statu somnambulismi possit uti, ac porro utatur intellectu et voluntate. Id probatur primo ex analogia somniorum, somnambulismi vulgaris et amentiae, de quibus idem docuimus in præcedenti volumine (1). Deinde suggestiones ab hypnotizatore factæ continent objecta et rationes immateriales, quæ proinde percipi nequeunt sine usu intellectus. Denique illa manifesta ratio est, quod intellectus ideo in nonnullis statibus, v. g. somni et quarundam morbidarum affectionum, ferietur, quia sensus, quorum ille concomitantem operationem in hac vita saltem naturaliter requirit, ligati sunt. Ergo, vigilante, immo et efficacissime operante phantasia in statu hypnotismi, non est, cur intellectus, et consequenter voluntas, ab actu desistat. Itaque negari nequit, intellectum et voluntatem in statu somnambulismi posse operari, quamvis concedi queat neque voluntatem tunc neque iudicium liberum esse omnino, sicut de somnio tenet catholicorum scriptorum doctrina (2).

Exponitur  
opinio  
communiora  
quædam  
hypnotismi  
phenomena  
per vim  
suggestionis  
et imaginationis  
explicans.

Hisce præmissis, frequentissima est catholicorum opinio, nuper descripta phenomena ordinis immaterialis vel intellectualis, quæ *superiora* vocari solent, explicari non posse per solam suggestionem hypnotizatoris ac naturales potentias hypnotizati ullasve alias vires corporeæ naturæ.

Quod vero attinet alia phænomena, præsertim hallucinationis, anæsthesiæ, hyperæsthesiæ, automatismi ac perfectissimæ obedientiæ ad quemcumque motum videntur posse radicem habere præsertim in hypnotizatoris suggestionem, qui, abrupto nerveo æquilibrio diversorum centrorum in hypnotizato, phantasiæ eius excitat ad varias representationes rerum, fisque mediis alias plures operationes ac motus imperet, atque obtineat. Sane in normali statu vigiliæ tota animæ activitas distribuitur inter varias potentias ac facultates in variis centris sitas, ita ut subjectis inferioribus potentiis (sensitiva et motrice) directioni ac moderamini superiorum (intellectus ac voluntatis) omnia ordinate procedant. Verum in hominibus, in quibus nerveum æquilibrium est parum stabile, excitatio

(1) Vide *Psycholog.*, vol. 2.<sup>um</sup>, num. 343, pag. 1141; num. 348, pag. 1158 seqq.

(2) Vide *Psycholog.*, vol. 2.<sup>um</sup>, num. 343, pag. 1143 seqq.; num. 350 seqq., pag. 1175 seqq.

uniformis et continuata præcipuorum nervorum sensiferorum (optici, acustici et etiam tactivorum), experientia teste, facile inducit suspensionem activitatis cellularum cerebralium correspondentium ope solius obtutus in splendens objectum vel palpationum cæterorumque præsidiorum, quibus solent hypnotizatores captare somnum hypnoticum. Suspensa hoc pacto virtute animæ in quibusdam organis vel centris, poterit major ejusdem efficacia in aliis centris accumulari, et potissimum in organo phantasiæ ac localis motus, quæ proinde vivacioribus intensioribusque operationibus manifestabitur. Quia vero istæ facultates in statu normali vigiliæ imperio voluntatis propriæ reguntur, aptæ sunt, ut alterius voluntatis ductum sequantur eliciendo actus, quos ille suggerat. Quare hypnotizator, qui arte sua potuit nerveum hypnotizati æquilibrium rumpere cum consequenti paralyti quarundam operationum psychicarum et majori aliarum excitabilitate, poterit pro libitu activitatem centrorum ita dissociatorum dirigere, suggerendo varias ideas, quas mente reproducat, et actus, quos exsequatur longe intensius ac vivacius, quam posset in normali statu, cum mentalis activitatis proportionali æquilibrata dispersa est per omnes potentias vitales humani compositi (1). Id quod hoc pacto

(1) « Dans l'état normal de l'équilibre stable, toute l'activité psychique de nos fonctions inférieures est distribuée entre tous ces centres, et elle y agit sous la dépendance de l'activité psychique supérieure de l'intelligence et de la volonté. Cette activité psychique supérieure joue à la fois le rôle de principe excitateur, modérateur et directeur de l'activité psychique inférieure: elle en est le *stimulant*, le *frein* et la *régle*. — Supposons que par une cause quelconque, cette dépendance se rompe et que, de plus, l'activité psychique inférieure s'accumule dans un petit nombre de centres, on comprend que cette activité y sera incomparablement plus efficace, et que des excitations, même insensibles en temps ordinaire, la stimuleront vivement. Or, l'expérience a constaté que chez des personnes où l'équilibre nerveux est *peu stable*, une excitation uniforme et prolongée des principaux nerfs sensoriels (optique, acoustique, même tactile) par le moyen d'un point brillant, d'un son, ou de passes, rompt cet équilibre et détermine une suspension d'activité des cellules de l'écorce cérébrale ou une paralysie plus ou moins complète des sensations conscientes. Par l'effet opposé, certains centres nerveux de différents ordres deviennent très actifs et très excitables: et comme ces centres, dans

intelligi potest. Cum hypnotizator versetur in commercio cum hypnotizato, quamcumque ideam vel actum verbo, aut etiam apprehensa manu vel alio illius membro, suggerat, vividissimam in ejus phantasia excitabit imaginem et per eam alias multas associatas; ille vero cum propter statum somni non habeat iudicium liberum, inanes istas rerum imagines nesciet a realibus discernere objectis: quare si rosam v. g. hypnotizator nominet, facile illam imaginabitur hypnotizatus, eamque se manu tenere, odorari putabit. Et similiter si viridarium, si urbem, si amicum suum, parentes, liberos meminerit, illico innumera series plurium representationum olim habitatarum et in phantasia thesauris latitantium tanta claritate menti obversari poterit, quasi res ipsæ coram adessent. Et sic explicata manebunt omnia pene phænomena hyperæsthesiæ atque hallucinationis positivæ (1). Hallucinationes quoque negativæ haud inepte, inquirunt, declarantur simili modo; cum enim tota hypnotizati activitas psychica impendatur in actus ab hypnotizante suggestos, et prout ab ipso suggestos, si hic suggerat visionem hominis sine capite, truncatam tantum ille imaginem in phantasia exhibebit, nec poterit elicere visionem imaginariam amici vel rei cuiuspiam determinatæ, quam representare prohibeat, vel impossibile fore denuntiet hypnotizator (2). Denique automatismus motuum et cæterarum actionum, ab hypnotizatore suggestarum vel imperatarum, eodem modo intelligitur; quia cerebrum hypnotizati eo in statu versatur, ut quævis idea

l'état habituel, sont réglés par les sensations conscientes ainsi que par l'empire de la volonté d'autrui et de toutes les sensations ou idées qui leur sont suggérées. Si donc l'hypnotiseur a réussi, grâce à une excitation habile et puissante des nerfs sensoriels chez le sujet hypnotisé, à produire en lui une rupture de l'équilibre nerveux, ainsi que les phénomènes de paralysie, d'excitabilité locale et de dissociation qui en sont les effets caractéristiques, il pourra, par des excitations convenables sur le sujet de ses expériences, stimuler et diriger l'activité des différents centres ainsi dissociés, et il y fera recevoir et réaliser toutes les idées, qu'il suggérera». R. P. Castelein, pag. 661, 662.

(1) Vide cl. Méric, liv. 2., chap. 2, pag. 249 seqq.

(2) Vide Méric, *ibid.*, pag. 252, 253.

vel actio ab illo proposita ineluctabili ferme vi executioni mandari debeat (1).

Ipsa quoque phænomena ordinis vegetativi superius descripta poterunt imaginationi attribui, cujus tanta est vis et ad gignendos et ad curandos proprii corporis morbos, ut id omnium sermone inde a remotissima antiquitate celebretur. Vis autem huiusmodi suggestionem hypnotizatoris incredibiliter acui potest in somno hypnotico, cum sopitis aliis potentiis, energia pene tota mentis in phantasia accumulatur.

Hanc ferme sententiam circa hypnoticorum phænomenorum causam nostris diebus tueri videntur doctissimi gravissimique viri, ac nominatim Rev. P. Castelein, Rev. P. Bonniot, Rev. Dom. Méric, Rev. P. Coconnier ac Rev. Dom. Gay, R. P. Joannes Mir aliique, apud quos rem totam dilucide expositam invenies (2). Ut in re tanti momenti accuratius iudicium feram, respondebo, quid mihi videatur de hac sententia ac de tota re secundum distincta illa phænomenorum capita in præcedenti paragrapho relata. Prius autem fundamenti loco querendum est,

(1) «L'hypnotisme met le cerveau dans un état tel, que l'idée suggérée à ce cerveau s'impose avec une puissance presque absolue et y détermine l'acte correspondant par une sorte d'automatisme cérébral. Toute idée reçue excite immédiatement les réflexes moteurs, sans que l'écorce grise, siège des fonctions supérieures, puisse exercer son pouvoir modérateur. On conçoit ainsi que la répétition des suggestions hypnotiques entraîne un accroissement de cette excitabilité réflexe *ideo-motrice*. A l'état de veille, des actes *réfléchis*, en se répétant, se transforment peu à peu en actes *réflexes*. C'est en vertu de ces mêmes lois que les sujets dressés par des hypnotisations antérieures, peuvent, sans être de nouveau hypnotisés, manifester les mêmes phénomènes sous l'influence dominatrice de la suggestion. Ainsi s'expliquent les suggestions à l'état de veille et les suggestions à longue échéance. L'idée suggérée acquiert sur les centres nerveux inférieurs autant et plus de puissance que l'idée volontaire, et grâce à cet équilibre instable entre les différents centres, et à cette excitabilité exaltée dans les centres inférieurs, l'hypnotisme n'est plus le prélude obligé de la suggestion». Castelein, pag. 663, 664.

(2) Castelein, (op. et loc. nup. cit.), Bonniot (*Le miracle et ses contre-façons* 2.<sup>e</sup> partie, chap. 6), Méric (op. et loc. nup. cit.), Coconnier (*Revue Thomiste*, Septemb. et Novemb. 1895; Janv. et Juill. et Nov. 1896; Janv. et Mars 1897), Gay (*L'hypnotisme*, chap. 3.<sup>e</sup> seqq.), P. Juan Mir (*El milagro*, lib. 3, cap. 12, art. 2, pag. 1203 seqq.), etc.



A) UTRUM SUFFICIENTES ASSIGNENTUR CAUSÆ tum hypnotici somni, tum peculiaris illius status, in quo versatur hypnotizatus intimo unitus commercio cum hypnotizatore ad ejus excipiendas propensissima docilitate suggestiones.

309. Dico 1.<sup>o</sup> *Somnus hypnoticus potest naturalibus causis adscribi.*

Somnus  
hypnoticus  
potest  
naturalibus  
causis adscribi.

Probatur. Defatigatio potentiarum animæ gignit somnum, ut patet ex naturali somno. Atqui ante hypnoticum somnum adest hujusmodi defatigatio. Nam et obtutu fixo in objectum lucidum, et acie mentis in unam cogitationem conversa, aliisque id genus mediis ab hypnotizatore adhibitis (1) negari nequit non parum nervos et potentias defatigari. Hinc fit, ut etiam animalia dudum a P. Anastasio Kircher et nostris diebus ab aliis hypnotizentur: hungari etiam dicuntur equos feroces hypnotizare, ut facilius edomentur (2).

Discrimen  
inter somnum  
naturalem  
et hypnoticum.

Hæc est communissima sententia. Notandum tamen est, discrimen esse inter defatigationem, ex qua naturalis sopor inducitur, et inter illam quam sequitur hypnoticus somnus: prior enim lenta, spontanea, tranquilla, altera vero subitanea, violenta, agitata, quæ ipsis externis signis dilatata pupillæ, celerioris pulsationis, sæpe etiam sudoris, dignoscitur, quæ totidem videntur esse indicia fortioris excitationis nervæ (3): unde putantur etiam consequi cætera discrimina hypnotici somni a naturali vel normali, nempe lethargus, catalepsis et somnambulismus, quia violenta illa defatigatio nervæ compagis producit dissociationem centrorum nerveorum longe majorem

(1) Vide cl. P. Joan. Mir (*El milagro*, lib. 3.<sup>o</sup>, cap. 12, art. 2, pag. 1205) et alios auctores passim, qui fusc enarrant diversa hypnotizandi media, quæ generatim eo tendunt, ut defatigationem gignant, unde somnus natura sequitur.

(2) Méric, op. cit. liv. 3, conclusion, pag. 430.

(3) «Tandis que dans le sommeil naturel, inquit Rev. Dom. Gabriel Gay (*L'hypnotisme*, pag. 83), on observe chez le dormeur une contraction de la pupille et un rétrécissement du pouls et de la respiration, chez l'hypnotisé, au contraire, la pupille s'élargit, le globe de l'œil sort de son orbite, le nombre des pulsations et des mouvements respiratoires augmente, il y a aussi souvent sécrétion de sueur. — Tous ces phénomènes, observe M. Wundt, «sont l'indice d'une forte excitation du système nerveux sympathique et vaso-moteur.» Wundt, *Hypnotisme et suggestion*, pag. 35.

quam sit in normali somno, et sic *anæmiam* quarundam, et *hyperæmiam* et *dynamogeniam* aliarum facultatum inducit. Hinc etiam fieri quibusdam videtur, ut tribus illis gradibus somni naturalis, in quorum primo nullus est sensus, in altero representationes aliquot inconnexæ phantasæ, in tertio somnia ordinatiora, totidem respondeant phases vel gradus hypnotismi, similes quidem, sed magis intensi et exaggerati, nempe lethargiæ, in qua nullus sensus, nullaque proinde possibilis est suggestio, catalepsis et somnambulismi. Quæ si vera sunt, defatigatio illa nervea, cerebri partes diversimode afficiens, hypnotizatum constituit in statu apto, ex quo phænomena superius descripta consequantur (1).

Negari tamen nequit in præsentî statu Physiologiæ, cum non satis cognoscantur causæ omnes ac modi gradusque, quibus affici cerebrum queat, non posse fieri nisi hypotheses ad facta explicanda. Quare in ipso limine hypnotismi tenebras palpiamus et mysteria. Nominatim illud mysterii plenum videtur, quod sæpe, potissimum si quis alias hypnotizatus sit, levibus causis facillime inducatur somnus cum consequenti dissociatione nerveorum centrorum ad effectus hypnoticos necessaria. Nec minus mysterium videtur, quod levissimis causis, insufflatione, imperio.... illico cesset hic status nerveus expergefæcto homine; itemque quod tamdiu duret somnus, quamdiu vult hypnotizator; et quod nemo alius somnum alicui valeat immittere præter solitum hypnotizatore suum, saltem si hic nolit præbere consensum, illud denique non vacat difficultate, quod quis absque somno concipiatur in eum statum, in quo suggestiones hypnotizantis excipere atque hypnotica phænomena edere queat: plures enim cum Bernheim docent ad hæc edenda somnum non esse necessarium (2).

Mysteria  
hypnotici  
somni.

(1) Vide cl. Gay, op. cit. pag. 81-102.

(2) «M. Bernheim, inquit Rev. P. Coconnier (*Revue Thomiste*, janv. 1896, pag. 699 seqq.), affirmavit déjà au premier Congrès international de l'hypnotisme expérimental et thérapeutique de Paris en 1889. «Certains sujets, disait-il alors, c'est l'exception, mais ils ne sont pas rares, sont si faciles à impressionner qu'un simple mot suffit à provoquer chacun des phénomènes de l'hypnose avec ou sans sommeil. Dès la première fois et sans qu'il ait assisté à aucune expérience de ce

310. Dico 2.<sup>o</sup> *Videntur non deesse causae naturales, ex quibus hypnotizatus arctiori cum hypnotizatore commercio ligatur, atque ad ejus suggestiones magna docilitate excipiendus exsequendasque disponatur.*

Videntur  
non deesse  
causae naturales,  
ex quibus  
hypnotizatus  
crete iunitur  
cum  
hypnotizante  
ad hujus  
fideliter  
exsequendas  
suggestiones.

Quoniam omnes, qui naturalem hypnoticorum phenomenorum minus infeliciter tentarunt explicationem, ad suggestionem confugerunt, quae ab hypnotizatore data et ab hypnotizato excepta, illos, quos cuncti mirantur, edat effectus; illico dubium occurrit, quo pacto sit possibilis status, in quo dormiens homo ejusmodi suggestionibus extrinsecus advenientibus agatur. Ut enim phenomena suggesta ab hypnotizatore contingant, ea est, fatentibus omnibus, necessaria conditio, ut hypnotico sopore correptus percipiat et *acceptet* suggestionem, nempe decernendo illam bonam et hic et nunc exsequendam. Itaque

Probatur propositio. Possibile videtur naturaliter, ut hypnotico somno dormiens  $\alpha$ ) percipiat externo sensu suggestionem vel solius hypnotizatoris, vel certe illius praecipue,  $\beta$ ) eamque intelligat,  $\gamma$ ) et omnino sequendam ducat. Ergo stat propositio. Consequentia patet, quia si trium horum ratio reddi potest, jam hypnotizatus ex causis naturalibus constitui valet in statu sequendi fidelissime suggestiones.

Probatur ergo antecedens per partes.  $\alpha$ ) In primis hypnotizatus potest sentire hypnotizatorem, quia notum est experientia, dormientes interdum uti sensibus externis, quin expergefiant; nam et sunt, qui somniantes colloquantur cum aliis, et respondent eorum interrogationibus; immo vero saepe, et secundum quosdam semper, externa perceptio

genre, je lève le bras d'un tel sujet, et je lui dis: «Vous ne pouvez plus le baisser». Il ne le peut plus. Je dis: «Votre corps est insensible». Et je le pique sans qu'il manifeste aucune douleur. Je dis: Vous êtes obligé de vous lever et de marcher. Et il marche sans pouvoir résister. «Tenez! voici un gros chien qui aboie.» Il le voit et recule épouvanté. J'ajoute: «Dormez!» il ferme les yeux et dort, par-dessus le marché. Tout cela s'exécute chez lui, le plus simplement du monde. Ce sont là des suggestibles, des somnambules, sans artifice de préparation.» *Premier Congrès international*, etc. pag. 85. Idem docent Pôjérine et Foret apud eundem el. scriptorem.

objecti alicujus fuit occasio somniorum (1); quo in genere Cartesius, cum dormiens pulice punctus esset, somniasse dicitur se gladio vulneratum fuisse, et alia similia de aliis narratur (2).

Quod vero magis mireris, in somno, experientia teste, non indiscriminatim percipiuntur objecta sensuum externorum; nam interdum objectum excellens, v. g. sonus vehemens, non sentitur, et sentitur levissimus rumor: idque

(1) «On approche une bougie des paupières d'un sujet endormi et celui-ci rêve d'incendie ou d'éclairs, de tonnerre, d'orage; on débouche près des ses narines un flacon de parfums, et à son réveil il raconte avoir rêvé soit d'asphyxie, d'empoisonnement, d'odeur méphitique, ou bien inversement d'odeur délicate, d'encens, de parfums et de scènes orientales». Mathias Duval (*Cours de physiologie*, pag. 120). Cfr. Frédault (*Anthropologie*, pag. 711), Méric, (op. et loc. cit liv. 2, chap. 1, pag. 201), Lemoine, (*Du sommeil*, pag. 91 seqq.).

(2) «Maury, étant souffrant, fit le rêve suivant, tandis que sa mère veillait à son chevet. Il rêva qu'il assistait à une scène de la première révolution. Poursuivi, arrêté, emprisonné et conduit devant des juges, il avait été condamné à mort. Il assista aux préparatifs de son exécution, il fut traîné jusqu'à l'échafaut, il monta sur la fatale plate-forme, plaça sa tête dans la lunette et se sentit guillotiné — Il se réveilla tout à coup: c'était la fleche de son lit qui venait de tomber sur son cou. L'impression tactile avait provoqué un rêve de quelques secondes, qui avait duré plusieurs jours.—Un géographe étudie la carte des lacs de l'intérieur de l'Afrique et des sources du Nil. Il s'endort, il fait chaud, il sue. La sueur coule le long de son corps. Il rêve qu'une carte de géographie immense est étendue sur lui avec des cours d'eau aux teintes bleuâtres: la carte était les draps; les cours d'eau la sueur, qui ruisselait. Max Simon, *Le Monde des rêves*, pag. 33.

«B... Léon rêve que le théâtre d'Alexandrie est en feu; la flamme éclairait tout un quartier. Tout à coup il se trouve transporté au milieu du bassin de la place des Consuls; une rampe de feu courait le long des chaînes qui relient les grosses bornes placées autour du bassin. Puis il se retrouve à Paris à l'Exposition qui est en feu. Il a un violent cauchemar: il assiste à des scènes déchirantes, il prend part à des sauvetages, etc., etc. Il se réveille en sursaut: ses yeux recevaient le faisceau de lumière projetée par la lanterne sourde que la scœur de ronde tournait vers son lit, en passant. Tisséid, *Les rêves*, pag. 11, Paris, 1890, ubi reperies plura exempla singularum sensationum externarum, quae somniis occasionem dederant excitando phantasiam.

nonnulli significant, cum dicunt perceptionem externi sensus in somno esse *electivam*, quia percipi potissimum solent ea, erga quæ aliquis magis vel facilius *afficitur* (1). Ex quo intelligitur, quomodo hypnotizatus in somnambulismo percipere possit hypnotizatorem, et cum eo solo commercium habeat; quia cum ad eum confugerit, et in ejus manibus se constituerit, ac mente animoque in illum penitus intentis in somnum incidit, ab eoque magna et mira speret, natura ipsa effici videtur, ut erga ipsum præcipue afficiatur, illius persona occupatum habeat animum, illumque unum, cæteris prætermittens, audiat, et attendat, quemadmodum non raro accidit in ipsis somniantibus.

β) Quod vero hypnotizatus hypnotizatorem intelligere queat, satis apparet tum ex somniantium exemplo, qui cum aliis interdum confabulantur; tum ex ratione, quia si suggestionem audiat, poterit phantasia vigilare, ac rem suggestam imaginari, phantasia vero vigilante, facile aderit intellectus et

(1) «Un fait, inquit, R. P. Coconnier (*Revue Thomiste*, janv. 1897, pag. 775), qu'il nous importe de remarquer à propos de cette activité des sens chez les endormis, c'est que leurs perceptions, comme on l'a dit, sont souvent *selectives*, c'est-à-dire restreintes à certaines catégories d'objets à l'exclusion de tous les autres (Grasset, *Leçons de Clinique médicale*, pag. 51). Un abbé, pendant son sommeil, relisait ses sermons, les corrigeait ou les annotait. Il voyait les objets dont il avait besoin, comme son encrier, mais *il ne voyait point les personnes présentes*. Si l'on substituait une feuille blanche de même dimension à celle sur laquelle il avait écrit, il ne s'en doutait pas, et faisait sur cette nouvelle feuille des corrections et des annotations comme il l'eût fait sur l'autre». (Ibid.). Voilà un cas de «vision elective». Un phénomène analogue se produit souvent dans les perceptions de l'ouïe. Il est d'expérience quotidienne qu'une infirmière qui s'est endormie entend sonner l'heure marquée pour servir la potion au malade et demeure insensible au tapage et aux cris de la rue.—«Un mère se réveille au plus léger mouvement de son petit, tandis que des bruits bien plus forts ne la tirent point de son sommeil». (M. de Manacine, *Le sommeil*, pag. 36).—Inutile d'insister davantage, les faits sont trop nombreux et connus de tous: le phénomène de la «perception elective» (très curieux et capital dans le somnambulisme) (Gasset, loc. cit.) se trouve dans le sommeil ordinaire; et il est absolument avéré que certains dormeurs, non seulement voient et entendent, mais ne voient et n'entendent que certaines choses et certaines personnes». (A. Maury, *Le Sommeil et les rêves*, pag. 295 seqq.).

usque aliquis rationis, quippe quæ ideo potissimum ferri solet, quia phantasia sopita est.

γ) Ut demum pateat, cur hypnotizatus suggestionem acceptandam sibi et sequendam esse ducere queat, præ oculis habendum est, esse plures homines, quibus in ipso vultu, voce, obtutu insit vis quædam facilius persuadendi, suamque aliis voluntatem imponendi, et in hac sæpe dote excellunt hypnotistæ: hi vero, qui facilius hypnotica phænomena edunt, sunt plerumque animo et corpore debiles, ideoque dociliores ad aliorum induenda sensa, sequendaque imperia: quare e converso docti et litterati viri, et suspicaces ac difficiles atque assueti ad aliorum judicia expendenda, et respuenda, suæque rationis atque arbitrii potius ductum sequendum, inepta dicuntur hypnotismi subjecta.

Accedit, quod ii potissimum, qui vel infirmitatis vel curiositatis causa hypnotistam adeunt, magnam de illius arte, habent opinionem, multamque in ejus arte atque industria fiduciam expectationemque, unde firmum concipiunt propositum audiendi, et exsequendi quicquid sibi ab illo suggestum atque injunctum fuerit. Quare nihil mirum, si homines in his adjunctis constituti confidentissime se hypnotizatori vel in ipsa vigilia credant. Multo vero magis se credant in somno hypnotico, necesse est; quia in somno rationis iudicium nunquam liberum est, ut omnia rite expendere, atque imagines in phantasia relucentes cum realibus sensationibus comparare queat (1); unde fit, ut somniantes absurdissima quæque deliria sæpe pro veris accipiamus. Multo ergo magis, quam in vigilia hypnotizatus quaslibet suggestiones et judicia hypnotizatoris, cujus tanta est apud illum auctoritas, summa credulitate ac facilitate accipiet. Cæterum facile intelligitur, cur exercitio ipso hypnotizandi et hypnotizatoris auctoritas et hypnotizati credulitas magis magisque augeatur, ut sic plura phænomena et mirabiliora facilius obtineantur. Qui vero talis est, ut omnibus hisce de causis non acquirat prædictam animi credulitatem, qua hypnotizatoris suggestiones instar oraculorum excipiat, non erit aptum hypnoticorum phænomenum, saltem præcipuorum, subjectum. Non ergo apparet, impossibile, ut quidam homines ad hypnotistæ suggestiones maxima

(1) Cfr. *Psycholog.* vol. 2.<sup>UM</sup>, num. 343, pag. 1143.

docilitate excipiendas ex naturalibus causis disponantur. Hisce præmissis videndum est,

C) AN PHÆNOMENA HYPNOTICA NATURALES CAUSAS HABERE QUEANT. Ut jam ad quæstionem præcipuam directe respondeam.

311. Dico 3.<sup>o</sup> Quod attinet phænomena ordinis vegetali-vi, spectata vi, qua phantasia ex communissima velerum opinione pollet, non videtur improbabile, quod eidem tanquam causæ tribui queant plures hujusmodi effectus in hypnotizatis observati, saltem si seorsim et in se spectentur.

Assertio hæc ut probetur, præmittenda est scriptorum veterum doctrina de vi phantasiæ vel imaginationis: qua de re præclare post alios multos scripsit Benedictus XIV in suo opere sapientissimo de *Servorum Dei beatificatione et Beatorum canonizatione* (1). Vis imaginationis spectari potest vel relate ad proprium corpus, vel relate ad alienum sive separatum, sive conjunctum. Corpus separatum intelligitur corpus extra proprium imaginantis corpus constitutum; conjunctum vero corpus intra proprium inclusum, cujus nomine præsertim in controversiam vocabatur fœtus in materno utero adhuc contentus.

Et quoad corpus alienum separatum spectat, communiter exploditur sententia Avicennæ ac Petri Pomponatii, qui arbitrauit posse animam humanam per fortem imaginationem intensissime affectam illud transmutare, sive sanum languore, conficiendo, sive ægro sanitatem reddendo: quam sententiam acri, sed justa censura, ut scribit Benedictus XIV (2), notavit P. Theophilus Raynaudus (3). Nec juvat opponere exemplum fascinationis, quæ oculis fieri dicebatur. Nam quidquid dicendum

(1) Lib. 4, pars 1.<sup>a</sup> cap. ultim. Cfr. etiam P. Nieremberg, *Curiosa y oculta filosofia*, lib. 2, ubi fuse de hoc argumento.

(2) Benedict. XIV, loc. cit. num. 13.

(3) *De Stigmatismo sacro et profano*, cap. 7 (op. tom. 1), pag. 178, 179. Qua de re videatur idem Benedictus XIV (loc. cit.), P. Martinus Del Rio (*Disquisition. magicar.* lib. 1, cap. 2, quæst. 3), Suarez (*Metaphys. disput.* 18, sect. 8, num. 25), Rhodes (*Philos. peripat.* lib. 2, disp. 17, quæst. 6, sect. 5, paragr. 1, Dico 2.<sup>o</sup>), et auctores ab hisce laudati.

Quanta sit  
vis phantasiæ

sive relate  
ad alienum  
corpus sepa-  
ratum,

sit de modo ac veritate fascinationis, nulla est paritas inter illam et imaginationem, ut observat Benedictus XIV (1), quia phantasiæ actus non solum immanens est, sicut etiam actus visionis, quapropter nihil agit ad extra, sed præterea intus latet in cerebro, nec in organo externo peragitur, ut influxum aliquem physicum in abjunctum corpus immittere queat (2).

(1) Loc. cit. num. 13. fin.

(2) Si vis autem nosse, quid veteres de fascinatione sentirent, triplicem distinguunt nonnulli fascinationem, vulgarem seu pœticam, physicam et dæmoniacam (Vide P. Martin del Rio, *Disquisit. magicar.* lib. 3, pars 1.<sup>a</sup>, quæst. 4, sect. 1). Vulgarem vocabant illam, secundum quam dicuntur homines fascinari ipsa visione seu aspectu activo fascinantis, vel etiam invido aliquo laudante, ita nempe ut fascinatio contingat ex eo solum, quod aliquis maligne aut malitiose alium aspiciat, vel laudet eum, a quo est aversanimo: quæ fascinatio ideo vocatur vulgaris et pœtica, quia eam dari vulgus et pœtae arbitrati sunt. Hanc docent multi esse omnino fabulosam et superstitionisam (Vide P. Martin. Del Rio, loc. cit., et fortasse in eodem sensu acceperunt fascinationem Franciscus Vallesius (*De sacra Philosophia*, cap. 68) et ceteri, qui eam inter aniles fabulas amandarunt. Aspectus enim solus nullum gignere potest physice effectum in alio; quamvis intentionaliter possit aliquid operari, quatenus videlicet, ut explicat idem P. Martinus Del Rio (ibid. lib. 1, cap. 10, quæst. 4) trux aspectus v. g. vetularum deformi suo ac tetro squalore perterrefaciat infantulos, eoque terrore concitentur humores, unde morbitus erumpant, ad quos tenellum corpusculum jam erat dispositum ac præparatum (Cfr. Lævinus Lemnius, lib. 2, de miraculis oculis natura, cap. 50; et Tozzius in lib. artis medicinalis Galeni, tom. 5, sub titul. de fascino et incantatione, apud Bened. XIV, *De servorum Dei beatif.* etc. lib. 4, part. 1, cap. ult. num. 13). Physica vel philosophica fascinatio dicebatur a veteribus illa, quæ inficit per qualitatem aliquam nocivam emissam a fascinante, præcipue ex oculis, et communicatam per medium alieno corpori. Rem porro explicabant, non ex eo quod aspectus ipse seu visio, quæ est actus immanens aliqui immediate efficiat ad extra, sed ex eo quod humor oculi excitatus agat in ærem, eoque medio in aliud corpus (Vide Suarez, *Metaphys.* disp. 18, sect. 8, num. 26; Rhodes, *Philos. peripat.* lib. 2, disp. 10, quæst. 1, sect. 5, paragr. 1, ad secundum; Lessada, *Physic. tract.* 2, disp. 3, cap. 4, num. 2, etc.) Nimirum dicebant ex forti imaginatione immutari spiritus et humores corporis, quæ quidem immutatio spirituum maxime fit oculis, ad quos subtiliores spiritus proveniunt, oculos autem inficere ærem continuum usque ad certum spatium: et cum aliqua anima fuerit vehementer commota ad malitiam, uti contingit in vetulis, aspectum efficit venenosum et noxium, maxime

sive relate ad  
factum mater-  
no in utero  
inclusum.

Quod attinet corpus conjunctum, docet Benedictus XIV non videri «dubitandum de viribus imaginationis; factus enim sive hominum sive bestiarum matris potissimum imaginatione signatos passim videmus, dum exeunt ab utero matris» (1); eademque est communissima opinio antiquorum cum S. Thoma (2), quam tamen negavit elapso saeculo angelus Jacobus Blondel (3). Rem multis exemplis veteres scriptores comprobabant, e quibus num omnia vera fuerint, jure merito dubites (4).

Illud vero minime dubitandum est, quod refert sacer textus, nempe greges Labani ad aspectum decorticatarum virgarum concipientes, foetus edidisse varii coloris (5), ex vi nimirum phantasiae vividissime representantis virgas versicolore, ut communissime explicant cum pluribus Patribus Theologi et Commentatores. Et quamquam S. Joannes Chrysostomus (6)

pueris, qui habent corpus tenerum minusque resistens impressioni. (Benedictus XIV, op. et loc. cit. num. 13, circa med.) Haec est S. Thomae doctrina (1 p. quest. 17, art. 3, ad 2.<sup>UM</sup>; *Contr. Gent.* lib. 3, cap. 103, *Quod autem de fascinatione*. Cfr. Suarez, loc. cit. et Torreblanca, *De magia operatrice*, lib. 2, cap. 37) qui sic concludit. *Possibile etiam, quod ex Dei permissione, vel etiam ex aliquo pacto occulto cooperetur ad hoc malignitas demonum, cum quibus vetulae sortilege aliquid sedus habent* (S. Thom. 1 p. quest. 117, art. 3, ad 2.<sup>UM</sup> fin); Quod cum accidit, fascinatio dicitur demoniaca, «quam magi, inquit Benedictus XIV, ex pacto tacito vel expresso cum demone operantur; consueverunt enim isti malefici cum demone pacisci, ut quos livide vel iracunde aspexerint, iis demon perniciem inferat» per magisteria et venena naturalia, quibus utatur tamquam omnium rerum naturalium peritissimus, applicando activa passivis, ut docet Tozzius in loc. sup. cit.

- (1) Loc. cit., num. 14.
- (2) Vide 2.<sup>UM</sup> dist. 20, quest. 2, art. 1, ad 2.<sup>UM</sup>; *de malo*, quest. 4, art. 8, ad 1.<sup>UM</sup>.
- (3) Apud Bened. XIV, op. et loc. cit. num. 18.
- (4) Bened. XIV loc. cit. num. 17 refert plura, quae communiter tamquam certa habita fuisse scribit (num. 18). In iis reperitur unum, cujus Mallebranche scribit (*Recherche de la verité*, lib. 2, chap. 7) se testem oculatum fuisse. Plura alia recentissima animalium exempla dabit clarissimus Moigno (*Les splendeurs de la foi*, tom. 3, pag. 977), ubi celeberrimum factum sacri libri *Genesis* modo citatum a garrula impietate atque insipientia Voltairii vindicat.
- (5) *Genes.* cap. 30, vers. 37-42.
- (6) *In Genes.* homil. 57.

ac Theodoretus (1) rem miraculo factam esse putent, at S. Augustinus (2), S. Hieronymus (3) et Isidorus Hispalensis (4) secundum naturæ leges accidere potuisse contendunt, quæ est etiam frequentissima Interpretum opinio (5). Notant tamen plures, quamquam influxus imaginationis in foetum naturalis sit, fuisse tamen in Labani grege peculiarem Dei benedictionem, ut tot agni nascerentur varii coloris, nam secundum naturalem cursum raro solet accidere phenomenon prolis modificatæ ex influxu imaginationis. Cæterum quo pacto imaginatio parentum possit varie foetum signare, nondum satis declarari potuit. Benedictus XIV post relatas aliorum explicationes ita concludit: «Et quatenus aliquid dicendum esset, ingenua Nobis placeret assertio Joannis Schevcheri in *Physica* (tom. 1 pag. 87), ubi excitatam questionem pertractans, ait: *Est hic incultus ager, terra incognita, ad quam quidem penetrant observationes, sed nulla pene ratiocinia solida, etc. Quis nobis vitio vertet, si malimus nihil dicere, quam aliquid, quod æquale est nihilo? Dicta mihi placet in rebus adeo abstrusis ignorantia et sincera ejusdem confessio* (6). Reliquum est, ut dicamus de vi phantasiae circa proprium corpus.

Omissis quibusdam fabulosis effectibus phantasiae falso assertis (7), eam phænomenorum somnambulismi causam esse docuimus in præcedenti volumine (8), eandemque plurimum valere et ad creandos et ad curandos morbos, veterum et recentiorum communissima est opinio; nam et nauseam provocat cum vomitu, et calorem et frigus in corpore gignit, et varios commovet humores, circulationem sanguinis

vive relate  
ad proprium  
corpus,

- (1) *In Genes.*, quest. 89.
- (2) *De civit. Dei*, lib. 12, cap. 25. Cfr. lib. 18, cap. 5.
- (3) *In Genes.*, cap. 30.
- (4) *Origin.* lib. 12, cap. 1.
- (5) Vide Abulensem (*In Genes.* cap. 30, quest. 10), Benedict. Perrierum (*In Gen.* cap. 30, disp. 3), Menochium, Alapid., Calmet, etc. (*In Genes.* cap. 30). Vide etiam Del Rio (op. cit. lib. 1, cap. 3, quest. 3, conclus. 2.<sup>a</sup>).
- (6) Op. et loc. cit. num. 18 in fin. — Vide P. Rhodes (disp. 17, quest. 6, sect. 5, parag. 1. *Dico 3.<sup>a</sup>*).
- (7) Vide Benedict. XIV, op. et loc. cit. num. 19.
- (8) Vide vol. 2.<sup>UM</sup> *Psycholog.*, num. 349, pag. 1160 seqq. Lege Benedict. XIV, ibid. num. 20.

alterat, et excitando vehementiores affectus dilatare vel contrahere potest cor, unde motus ejus aut accelerentur, aut retardentur, ita ut interdum rumpi queant sanguinea vasa cordis ac cerebri, et etiam consequi mors, vel amentia, vel alia graves affectiones (1). Quam doctrinam ex ipsa experientia notam dudum tradiderat S. Thomas: *Ex hoc... quod anima imaginatur aliquid, et vehementer afficitur ad illud,*

(1) Audiatur R. P. Coconnier varios hujusmodi effectus breviter enumerans: «L'imagination, par ses tableaux, dilate le cœur ou le serre, accélère ses mouvements ou les ralentit, jette le sang au visage ou le refoule à l'intérieur, glace d'épouvante, enflamme de colère, donne des nausées, provoque la sueur brûlante ou froide, fait blanchir les cheveux dans une nuit, cause ou guérit des maladies très réelles, arrête ou stimule l'action des nerfs, enfin, par la rupture violente des vaisseaux sanguins dans les régions cardiaques ou cérébrales amène une crise fatale ou tue à l'instant même: et les exemples suivent, innombrables; et l'on ne manque pas surtout de vous rappeler ces paroles de Flaubert écrivant à M. Taine: «Mes personnages imaginaires m'affectent, me poursuivent, ou plutôt c'est moi qui suis en eux. Quand j'écrivais l'empoisonnement d'Emma Bovary, j'avais si bien le goût d'arsenic dans la bouche, j'étais si bien empoisonné moi-même, que je me suis donné deux indigestions, coup sur coup, des indigestions très réelles, car j'ai vomé tout mon dîner»; et l'on vous parle de ces hypocondriaques qui à force de se croire malades, le sont devenus très gravement, ou de ces goutteux en pleine crise qu'un incendie ou un accident de chemin de fer dont ils allaient être victimes ont subitement rendus ingambes; et l'on vous cite les effets prodigieux des pilules de mie de pain solennellement administrées à des malades réfractaires aux médications les plus énergiques; et ce jeune ouvrier imprimeur de Bourdeaux, qui, se croyant épileptique, parce qu'il avait été mordu par un chien que tout le monde à l'atelier disait être atteint d'épilepsie, souffrit pendant plusieurs mois d'accès effroyables, jusqu'à ce que M. le Professeur Pitres le guérit radicalement d'un seul coup, en lui persuadant qu'il allait lui administrer le remède de M. Pasteur, alors qu'il lui injecta tout simplement sous la peau de l'avant-bras un centimètre cube d'eau stérilisée; et cette femme à qui une vive contrariété fit vomir le sang; et ce mot bien connu du médecin John Hunter: «Ma vie est à la merci du premier gredin qui voudrait me faire mettre en colère», mot très juste, puisque l'infortuné docteur mourait peu de temps après subitement dans un accès de colère; et enfin l'histoire de cette pauvre mère, qui apprend que sa fille venait d'échapper à un horrible danger, tomba frappée d'apoplexie, tuée par la terreur et par la joie». R. P. Coconnier, *Revue Thomiste*, Mars 1897, pag. 43, 44.

*sequitur aliquando immutatio in corpore ad sanitatem vel ægritudinem absque actione principiorum corporeorum, quæ sunt nata in corpore ægritudinem vel sanitatem causare (1). Causa vero hujus efficacitatis repeti potest primo, ex eo quod cerebrum, in quo tanquam organo exercetur actus imaginationis, est centrum nerveum potissimum: quare cum eo magis laborare debeat organum, quo intensior sit actus ejus, phantasia vehementissime operante, potest alteratio sequi in nerveo systemate. Secundo autem et præcipue, quia vivida phantasia apprehensio vehementer passiones concitat, quæ cum sint et ipsæ organicae, magnamque afferant commotionem præsertim in corde, ex intensa imaginatione poterit in systemate circulationis et nerveo maxima consequi alteratio. Patet etiam, quod ex ipsa imaginatione sequitur passio, per quam aliquo modo variatur motus cordis et spirituum, ex quibus vel retractis ad cor, vel diffusis in membra, sequitur aliqua alteratio in corpore; quæ etiam potest esse infirmitatis causa, præcipue si sit materia disposita (2).*

Quod si quæras speciatim, quousque se extendat vis imaginationis in corporis alterationibus, S. Thomas disertè docet, hoc etiam ad febrem usque ac lepram immutari posse: *Corpus, inquit, transmutatur præter ordinem principiorum naturalium præcipue per aliam imaginationem fixam, ex qua corpus calefacit per concupiscentiam vel iram, aut etiam immutatur ad febrem vel lepram (3).* Et generatim illas duntaxat corporis dispositiones immutari a phantasia non posse statuit, *quæ non habent naturalem ordinem ad imaginationem (4).* Illud vero ad rem nostram proximius pertinet, quod ex viva phantasia apprehensione, affectus animi vehementiores concitant, sanguineo queat corpus madere sudore, quemadmodum et antiqui Theologi et recentiores medici ac physiologi docent. Et primo quidem ipsum sanguineum sudorem, quem Christus Servator noster in horto Getsemani effudit (5),

(1) S. Thom., *Contr. Gent.*, lib. 3, cap. 39, *Adhuc, universa...*

(2) S. Thom., *de potent.*, quæst. 6, art. 3, ad 7.<sup>um</sup>. Cfr. 3 p. quæst. 13, art. 3, ad 3.<sup>um</sup>

(3) S. Thom., *de potent.*, quæst. 6, art. 9 medio corp.

(4) S. Thom., 3 p., quæst. 13, art. 3, ad 3.<sup>um</sup>

(5) *Luc.* cap. 22, vers. 44.

quamvis S. Hilarius (1), Beda (2) et quidam alii scriptores (3) miraculo adscriperint, communissime tamen Theologi naturalem fuisse, saltem in se, docent cum S. Bernardino Senensi (4), Cajetano (5), Suarez (6), Maldonato (7), Luca Brugensi, Alapide, Menochio (8) aliisque, ac potissimum R. P. D. Augustino Calmet (9), qui justam de hac re dissertationem edidit, quam ipsemet collatis studiis cum domino Alliot de Mussey, Medicinæ Doctore in Facultate Parisiensi, exarasse sincere fatetur. In hac dissertatione doctissimus scriptor non solum ostendit, Christum Dominum vere sanguine sudasse, verum etiam sudorem illum naturalem fuisse, quamquam majori expressum vi et copia, quam solet plerumque, atque ita sentire ait communem opinionem (10). Idem denique, ut alios omittam, tenet Benedictus XIV, qui post rem ratione confirmatam et variis exemplis eorum, qui sanguine sudasse feruntur (11), monet, si quando in actis sanctorum aliquid hujusmodi occurrat, a classe miraculorum arcendum esse. En ejus gravissima verba (12): «Admissis itaque in Christo affectionibus et passionibus modo explicato, quemadmodum naturaliter in aliis hominibus vehementi passione ac perturbatione modo humano effectis,

(1) S. Hilar., *De Trinit.*, lib. 10, num. 41.

(2) *In Lucam*, cap. 22.

(3) Apud Benedictum XIV, lib. 4, part. 1, cap. 25, num. 4.

(4) Tom. 1, serm. 55, *De Passione Domini*, cap. 2, pag. 409.

(5) *In Lucam*, cap. 22.

(6) *De Incarnat.*, tom. 2, *De mysteriis vite Christi*, disp. 31, sect. 2.

(7) *In Matthæum*, cap. 26, vers. 37.

(8) *In Lucam*, cap. 22, vers. 44.

(9) In eundem locum S. Lucæ.

(10) Reperitur inter alias plures dissertationes in Prolegomenis ejusdem scriptoris in S. Lucam. Sunt qui oppositas antiquorum de hac re sententias in concordiam revocari posse putent, si dicatur sudorem quidem in se fuisse naturalem, copiam vero sanguinis miraculo esse adscribendam. Addit Suarez (num. 7), ex miraculo factum videri, quod in tanto angore ac passione Christus Dominus vitam servaverit.

(11) Lib. 4, part. 1, cap. 26, num. 5.

(12) Loc. nup. cit. num. 7.

potuit naturaliter sudor sanguineus a corpore, potuerunt lacrymæ sanguinæ ab oculis emanare, potuit etiam in Christo Domino ob animi passiones et affectiones supra explicatas citra miraculum ejus sudor fieri, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram: et ex hoc efficitur, ut si aliquando in evolvendis Actis Servorum Dei sive Beatotum similia occurrant, hæc a classe miraculorum arcenda sint, quemadmodum etiam adnotavit Pignatellius (*consull.* 42, tom. 5)». Quæ sententia ita probabilis fuisse videtur, ut non defuerint, qui temere negarent sacra S. Francisci Stigmata fuisse donum Dei supernaturale; quorum erroneam assertionem explodit inter alios more suo eruditissime P. Theophilus Raynandus S. J. (1), et ipsemet Benedictus XIV (2); qua de re extant plures RR. Pontificum Constitutiones, veritatem Stigmatum præclarissimi Patriarchæ Assisinatis vindicantes, immo et officio ac Missa propria nobilitantes (3).

Nec desunt profana similium phænomenorum exempla, et antiquiora et recentia. En quid referat P. Joannes Maldonatus: «Audio de his, qui viderunt aut cognoverunt, ante annos duos Lutetiæ Parisiorum hominem robustum et bene valentem, audita in se capitali sententia, sudore sanguineo perfussum» (4). Quædam alia narrat Benedictus XIV, nostris vero diebus anglus scriptor Hack Tuke (5). Quare communem veterum Interpretum doctrinam sequitur nostris diebus

(1) *De Stigmatismo sacro et profano*, in tom. 13 operum, pag. 126.

(2) *Ibidem*, lib. 4, part. 1, cap. ultim., num. 19.

(3) Vide Benedict. XIV, op. cit., lib. 4, part. 2, cap. 6, num. 11.

(4) Maldonatus, *In Matthæum*, cap. 26, vers. 37.

(5) Hack Tuke, inquit R. P. Coconnier (*Revue Thomiste*, mars 1897, pag. 46) a recueilli, dans la revues et les livres de médecine, un nombre considérable d'observations analogues, parmi lesquelles je note, au passage, le récit du docteur Marmisse de Bourdeaux, rapportant qu'une servante ayant vu saigner sa maîtresse à laquelle depuis longtemps elle donnait de soins assidus, éprouva une émotion si puissante au moment où le chirurgien enfonça la lancette dans le bras de la malade, qu'elle ressentit au pli du coude une sensation de piqûre, et que bientôt après un ecchymose apparut en ce point; et cette autre exemple, raconté par Tissot, d'un homme qui avait cru voir un spectre le saisir et en avait été si terriblement effrayé, qu'il se produisit immédiatement à l'un de ses pieds de la rougeur et du

cl. P. Joseph Knabenaner S. J. (1), plures pro eadem laudans scriptores (2).

Non videtur  
improbabile,  
quod plura  
hypaotica  
phænomena  
ordinis  
vegetativi  
ex vi  
imaginatio-  
nis produci  
queant.

312. Hisce præjactis, probari potest assertio proposita. Quia negari nequit inter phænomena ista, phantasie vi descripta, sive circa fœtum in materno utero inclusum, sive potissimum circa proprium corpus, et hypnotica phænomena ordinis vegetativi, esse magnam similitudinem et cognitionem, ita ut hæc ad illorum genus revocare liceat. Atqui priora illa phænomena naturaliter accidunt. Ergo et hypnotica naturaliter ex vi phantasie posse accidere videntur. Et primo quidem, excitata in hypnotizato imaginatione, non repugnat alterationem subsequi in circulatione sanguinis et

gonflement, et bientôt après, de la supuration.» Hack Tuke, *Le Corps et l'Esprit*, pag. 20.

«Voici, pergit Rev. P. Coconnier (ibid. pag. 47) le second fait que j'emprunte encore à M. Hack Tuke, qui l'a emprunté lui-même à l'étude de Handfield Jones, (*Studies on fonctional nervous Disorders*): «Parmi les effets de l'excitation émotive, il faut comprendre la rupture des capillaires cutanés, ou la transsudation, à travers leurs parois, d'une quantité de sang capable de constituer une *transpiration sanguinolente*.— Un matelot, âgé de 30 ans, s'étant laissé envahir par la peur au milieu d'une tempête horrible, tomba sans parole sur le pont, mais présenta de plus sur le visage de larges gouttes de sueur d'une brillante couleur rouge. On crut d'abord que le sang venait du nez, ou bien que le matelot s'était blessé en tombant: mais en essayant ces gouttes rutilantes, le chirurgien du bord fut étonné d'en voir de nouvelles prendre leur place. Cette sueur colorée couloit de différentes parties du front, des joues et du menton; et même elle se bornait pas là, car en ouvrant les vêtements on la trouva encore au cou et à la poitrine. En essayant en et examinant avec soin la peau, le chirurgien vit nettement que le liquide sortait des orifices des glandes sudoripares. Ce liquide tachait si fortement, qu'en pressant avec la main le linge qui avait servi à l'essuyer, on avait les doigts tout pleins de sang. Au moment où cessa cette sueur de sang, l'homme recouvra l'usage de la parole.» Hack Tuke, ibid. pag. 22.

(1) *Commentar. in Lucam*, cap. 22, vers. 44. Cf. cl. P. Joannes Mir (*El Milagro*, lib. 3, cap. 7, art. 2 lin.).

(2) Quod attinet proximam sanguinei sudoris causam in Christo Domino, eam plures referunt in ingentem angorem Cordis Jesu, Domini nostri, alii in fortitudinem, et contentionem qua invidius animus adversus insurgentes anxietates ac timores dimicavit, mortem generose et cruciatus quoscumque libenter amplectendo.

in pulsu; nam effectus proprius vividioris representationis quorundam objectorum est concitare passiones animi, varietate afficere nervos vaso-motores: hinc experientia novimus, in magno gaudio et lætitia celerius, lentius vero in tristitia sanguinem fluere. Atque hoc est, quod S. Thomas superius laudatus dicebat, *per aliquam imaginationem fixam*, que quasdam excitet passiones, corpus immutari *ad febrem*. Idem fere evincitur de sanguinis effusione, si vera sunt, que modo retulimus.

Negabis forte paritatem, quia reapse aliud est sanguine sudare per totum corpus, et aliud in determinata parte corporis.—Nihilominus non solum totius corporis sanguinea exsudatio, sed etiam affluxus sanguinis in determinatum membrum possibilis dicendus est, si verum sit principium, quod Hack Tuke cum communi Physiologorum doctrina statuit, videlicet sufficere attentam cogitationem circa partem aliquam corporis, ut copiosius in illam sanguis effluat, et activitas nervea accrescat (1). Idque nonnullis exemplis confirmari videtur eorum, qui ob vivide apprehensum vulnus in aliquo membro alieni corporis, aliud simile in eodem proprio corporis membro experti sunt (2).

(1) «C'est un principe fondamental, écrit Hack Tuke (*Le corps et l'esprit*, pag. 213), répétant ce que tous les physiologistes disent de concert: Que le seul fait de penser à une partie du corps suffit pour y augmenter localement l'afflux du sang et l'activité nerveuse... Mais l'intervention d'une émotion puissante augmente énormément l'effet produit.» R. P. Coconnier (ibid. pag. 58).

(2) «Le Dr. Hack Tuke, ancien président de la Société médico-psychologique de Londres, inquit Rev. P. Coconnier (ibid. pag. 44, 45) voulant établir que «souvent l'afflux du sang dans les vaisseaux, sous l'influence d'une émotion, et principalement d'une émotion soudaine, cause une extravasation ou la rupture des petits vaisseaux sanguins, commence ainsi sa démonstration: «Comme exemple de l'influence de la crainte ou appréhension sur le système vasculaire nous citerons tout d'abord le fait suivant: il concerne une dame extrêmement intelligente, que nous connaissons beaucoup. Un jour elle se promenait auprès d'un établissement public; elle vit un enfant, auquel elle s'intéressait particulièrement, sortir par un porte en fer. Elle vit qu'après avoir ouvert la porte, il la laissait aller et qu'elle était sur le point de se refermer sur lui; elle crut même que cela se ferait avec assez de force pour lui écraser le pied; néanmoins il n'en



Difficilius intelligitur, quo pacto per vim solius imaginationis frustum chartæ in hypnotizato effectus *vesicatorii* edere poterit. Verum in primis res probatur simili exemplo paulo superius in fine precedentis numeri relato ex Hack Tuke; deinde ratio aliqua reddi potest ex vi phantasie nervos vasomotores simili modo afficiente, ac *vesicatorium* ipsum reapse applicatum afficeret, prout explicat cum P. Bonniot P. Franciscus Salis-Seewis: novum enim non est, ut imaginatio rei prædictos nervos simili modo, ac ipsa res, afficiat (1).

fut rien. «Il m'était impossible, dit-elle, de parler ou d'agir assez promptement pour empêcher ce que je redoutais; du reste, je m'aperçus que je ne pouvais plus remuer; une douleur si intense se développa dans mon pied, là même où j'avais cru que l'enfant serait blessé que je pus seulement y porter la main pour en soulager l'extrême sensibilité. Je suis certaine de n'avoir fait aucun mouvement qui pût me donner une foulure ou une entorse. Le retour chez moi (j'avais à franchir environ un quart de mille) fut très pénible; en retirant mes bas, je trouvai autour de la cheville un cercle qui semblait peint avec un liquide rutilant; de l'autre côté, il y avait une large tache de même couleur. Le lendemain matin, tout le pied était enflé, et je dus garder le lit pendant plusieurs jours. Hack Tuke, *Le corps et l'esprit*, pag. 209.

Accipe aliud exemplum a Carolo Richet relatund omino Toussaint Barthélémy: «Une jeune mère est occupée à ranger dans une armoire des porcelaines dont elle a les mains pleines: son petit enfant joue par terre à l'autre extrémité de la chambre, près du foyer sans feu; à force de toucher au mécanisme, l'enfant finit par décrocher la crémaillère et le rideau de la cheminée menace de tomber sur le cou de l'enfant qui se trouve à genoux et dans la position du guillotiné, le rideau de la cheminée jouant le rôle du couperet... C'est à ce moment, précédant immédiatement la chute du rideau métallique que sa mère se retourne. Soudainement, elle entrevoit le danger que court son petit enfant. Sous l'influence du saisisement «son sang» selon l'expression consacrée «ne fait qu'un tour». Comme cette femme est très impressionnable et nerveuse, il se forma, sur le champ, un cercle érythémateux et saillant autour du cou, dans le point même où l'enfant allait être frappé. Cette empreinte persista assez intense et assez durable pour qu'un médecin, venu quelques heures après, pût encore la constater». Toussaint Barthélémy, *Etude sur le dermatographisme*, pag. 82. Plura id genus exempla lege apud Rev. P. Joann Mir (*El Milagro*, lib. 3, cap. 7, art. 2, pag. 1148, col. 2).

(1) «I nervi che presiedono alla secrezione seguono anch'essi la medesima legge d'armonia che si osserva negli altri. Basta imagi-

Dices, ex nostra probatione hoc unum sequi ut summum, phenomena hypnotica ordinis vegetativi talia esse, quæ naturaliter evenire queant; non tamen ostendi, quod præcise in statu hypnotico naturaliter eveniant, nempe ex applicatione idonearum virium naturæ. Et ratio est evidens, quia relata phænomena extra hypnosim non videntur contingere nisi ex vehementissima imaginationis excitatione, ideque consequente passionum motu, quemadmodum constat ex omnibus exemplis superius adductis. Accedit, quod in quibusdam hypnoticis exemplis videatur tempus etiam definite præfixum fuisse, in quo phænomenum accideret.

Respondeo sincere, in hoc, meæ quidem sententia, sitam esse totam hujusce rei difficultatem, quæ nulla, vel certe minor, foret, opinor, nisi ista intercederet disparitas inter mirabilia illa phænomena naturalia et inter hypnotica. Nihilominus non puto esse impossibile, quod phantasia hypnotizati aliquando versetur in ea conditione ac gradu excitationis, unde sequi naturaliter possint prædicta phænomena. Non desunt enim homines valde infirmæ constitutionis nervæ (qualis potuit esse miles ille *hystero-epilepticus* supra relatus, in quo acciderat fluxus sanguineus), qui leviores ob causas

narsi l'agro di limone o vero alcun che di dolce, perché ti corra l'acquolina in bocca, o ve si secreti la saliva dalle sue glandole, come suol fare alla presenza reale di quei sapori.

Ora gli effetti di un vesicante sono prodotti immediatamente dai nervi vasomotori che presieggono ai capillari del posto a cui si applica il revulsivo: e questa operazione è accompagnata da un frizzio particolare nei nervi sensitivi. La rappresentazione di quel frizzio, impressa con vivacità morbosa nell'immaginazione dell'ipnotico, potrà dunque mettere in azione i vasomotori, come se il vesicante vi fosse e ne seguirà il medesimo effetto. Sons effetti rarissimi e che richiedono condizioni assai difficili adaverarsi, come consta dall'esperienza, ma non escono dalla cerchia dei primi, perchè si riducono in somma a una dilatazione o contrazione di capillari: e a questo l'immaginazione arriva del continuo, benchè d'ordinario dentro certi limiti.» Rev. P. Franciscus Salis-Seewis, *L'estasi, le stimate et la scienza*, pag. 103, 104. Lege, si vis, P. Bonniot, rem eodem modo declarantem (*Le miracle* etc. pag. 205), additque phænomenum hujusmodi locum habere non posse, nisi prius aliquando expertus fuerit hypnotizatus effectus vesicatorii; secus enim non posset sibi representare vividam molesti pruritus imaginationem, ex qua vesicatio consequatur.